



STUDIJSKA KNJIZNICA KOPER

R 14695

148  
Leh. Lat

1549



46-F-32



Alfonso minoris maiorisq; hesperiaz regi Lau-  
retius Valla Salutem.

Um Titum Livium quotidie Romano-  
rum historicorum eloquentissimū aut  
audias aut legas æmulator ueterum in  
omni genere uirtutum : uelim iudices :  
an recte de loco quodā sentiā huius auctoris : quæ  
res ad regem ut tu es pertinet. ait.n. Livi. Hic Luti-  
us Tarquinius prisci Tarquinii regis filius neposue  
fuerit parum liquet : pluribus tamen auctoribus fi-  
lium ædiderim : La. Ego uero contra magis ab illo-  
rum parte sto : qui nepotem tradiderunt. neq; hoc  
externis testibus aut aliunde sumptis rationibus : sed  
solo auctoris testimonio : suaq; ipsius confessione  
ut a semet dissentire : ac repugnantia quædā narrare  
uideatur . Nam quomodo hæc quæ nunc ex illo re-  
petii cum his constant : quæ ante dicuntur . Livius.  
Tunc Anci filii duo : & si antea semper pro indignis-  
simo habuerāt se patrio regno tutoris fraude pulsos  
regnare Romæ aduenam non modo uicinæ : sed ne  
italicæ quidem stirpis : tum impensius his indignitas  
crescere : si ne a Tarquinio quidē ad se rediret regnū  
sed peæceps inde porro ad seruitia caderet : ut in ea-  
dem ciuitate post centesimum fere annum q̃ Romu-  
lus deo prognatus deus ipse tenuerit regnū : donec  
in terris fuerit : id Seruius serua natus possideat : cō-  
mune romani nominis : tum præcipue id domus



suæ dedecus fore : si Anci regis uirili stirpe salua nõ  
modo aduenis sed seruis etiam regnum Romæ pa  
teret . ferro igitur eam arcere contumeliam statuunt  
sz & iniuriæ dolor i Tarquinii ipsũ magis q̃ i Seruiũ e  
os stimulabat . et q̃a grauior ultor cædis : si supesset  
rex futurus erat : q̃ priuatus : tũ Seruio occiso quen  
cunq̃ alium generum delegisset : eundem regni hæ  
redem facturum uidebatur . La. Non ne hæc filioꝝ  
Anci regis indignatio atq̃ hæc spes plane declarat :  
Tarquinium in quem irati erant sine uirili prole de  
cessurum . nam quid quæso magis fortunæ aduer  
sum : q̃ regem qui filios habeat & præserti legitimos  
alium quẽcunq̃ generum quærere : cui regnum dũ  
mortuus erit reliquat . At erunt forsitan filii infantes  
Esto : q̃q̃ de hoc postea latius dicam nõ de rege mo  
riente nunc loquimur : qui uelit condere testamen  
tum & si filii infantes sint : ipse tamen sospes . Sint li  
cet modo liberi nati : tamen illos pater uisurũ se iu  
uenes sperat : & eorum causa diutius uicturum . nec  
minus ardens est parentũ amor in paruulos liberos  
q̃ in iam adultos . quid quod non modo generum  
filiis fuisse prælatum uult auctor : uerum etiam hoc  
genero extincto alium atq̃ alium deinceps quem re  
gno præficeret Tarquinium fuisse quæsiturum . qđ  
non modo de homine : qui diu uiuere & poterat &  
sperabat dicendum non fuit : sed ne de eo quidem :  
qui iam mortem sibi impendere intelligens de r̃gno  
disponat . ne alia quærat exẽpla : certe Ancus pueris



liberis sub tutoribus quidem: sed tamē regnum reli-  
 quit. Sceleratus n. pater atq; execrandus: qui non  
 dicam nato filio: sed uentri non relinquat heredita-  
 tem & præcipue regnum: aut aliquam dignationē  
 ut qui aliis dominari debebat: is patris culpa sibi do-  
 minantem alium uideat: & quidem de numero sub-  
 iectorum. ne dicam de periculo capitis: qđ infelix  
 ille iure naturæ hæres uix potest effugerē ab ipso illo  
 qui alieni patris obtinet regnum. dixi de patre quid  
 de matre dicam? neq; n. Tarquinius superbus ab ul-  
 lo auctore significatur illegitimus fuisse: nec regnū  
 sibi post Seruium uoluntate patris successor illegiti-  
 mus uendicasset. Eius igitur mater nihil de regno  
 filii laborasset. At quæ mulier? nempe ad faciendos  
 reges nata: quippe cuius beneficio duo uiri alter pe-  
 regrinus alter ancilla natus Romæ regnauerit. De  
 qua ita Liuius ait, Liui. Tanaquil inter tumultū cla-  
 udi fgiā iubet: arbitros eiicit: simul quæ curādo uul-  
 neri opus sunt: tanq̃ subisset: sedulo cōparat: simul  
 si destituat spes. alia præsidia molitur: Seruio ppe  
 accito cū ppe exāguē uigē ostēdisset: dextrā tenēs o-  
 rat: ne iustā mortē soceri: ne socrū inimicis ludibrio  
 eē sinat. Tuū n. inq; Serui regnū nō eorū: q̃ alienis  
 manibus pessimū facinus fecere. La. Vbi hic mētio  
 uel cōmēdatio filioꝝ: a q̃ ūbrā serui multū ualiturā  
 putabat: nō ualidiore fore putasset: si tutor atq; auc-  
 tor fgiæ stirpis uideret adiūcta p̃serti sua .i. m̃ris &  
 fgiæ auctoritate q̃ p lib: ris & p stirpe fgiā laborātis



summa esset pro alieno: aduersus liberos nulla. neque  
eni populus ex eadē domo serua: q̄ regina natū re  
gnare mallet. Ergo regina & quod plus est Tanaql  
aut tā pax amans suorū: aut tā humili animo for &  
ut uel nollet: uel desperaret & regnū defendere filio  
rū cum sua quoq; dignitate. nam quæ amisso uiro  
regnare patris loco filiū uider: adhuc regia est: & ego  
sic ago tanq̄ Targnius filius fuerit infans. qd si ostē  
dā pueg: quid si adolescentē: quid si iuuenē fuisse:  
non ne id fit multo incredibilius: qd̄ Liuius ait: quod  
nō dico quia magis consultum uelint parentes iuue  
ni filio: q̄ infanti: sed quia magis possint consulere:  
unde hoc probo nimium per id quod paulo post se  
quif. Liui. Itaq; p aliquot dies cū iā expirasset Tarq  
nius dilata morte per spēm alienæ fugiendæ uicis:  
sua opes firmauit. Tū demū palam factō & cōplo  
ratione in regia orta Seruius præsidio firmo muni  
tus primus iniussu populi uoluntate patrum regna  
uit. Anci liberi iam tum cum comprēhensis sceleris  
ministris ut uiuere regē & tantas esse opes Seruii nū  
ciatum est. Sueſſam pometiam exulatum ierant. nec  
iam publicis magis consiliis Seruius: q̄ priuatis mu  
nire opes. & ne qualis Anci liberorū animus aduer  
sus Tarquinium fuerat: talis aduersus se Tarquinii  
libertum esse: duas filias iuuenibus regis Lutio atq;  
Arunti Tarquinii iūgit. La. Hoc non mō inter ini  
cia regni seruiani: sed prope nihil prius factum fu  
isse narratur: ne quis dicat non statim rege patre si



lias Seruii nupsisse Tarquiniis: sed potius circa mor-  
 tem. nam primum ex hoc peruersitas coargueretur  
 historiae: quae res gestas prepostere nerraret: quod i  
 historico non mediocriter peccatum est: nisi cum id  
 aliqua ratione facit. Deinde fuisse diu Seruio gene-  
 ros probat illud: q̄ aliquanto post forte ita iciderat  
 ne duo uiolenta ingenia matrimonio iungerentur:  
 fortuna credo populi roāi quo diuturnius Seruii re-  
 gnum esset constituiq; ciuitatis mores possent. Ex  
 go post contractum matrimonium diuturnum fu-  
 it Seruii regnum: & constituti sunt mores ciuitatis  
 Quid ni statim inter initia seruiani regni: ut ab au-  
 ctore narratur nuptae sunt Tulliae Tarquiniis: & q̄  
 dem iuuenibus: ut iuuenes nuncupantur. quod cū  
 ita sit: quid absurdius q̄ uelle in his nulla nec parenti-  
 bus spem: nec inimicis fuisse formidinem. cur eos pa-  
 ter delecto in successorem genero preterisset: cum  
 neq; impii neq; mente capti neq; perdita ualitudine  
 neq; illegitimi: si quid hoc ad paternum amorem fa-  
 cit: essent. Cur mater defuncto uiro diffisa foret pa-  
 ternum se filiis regnum defensoram: nam de mater  
 na pietate dubitare improbum est: cū duos fratres  
 iuuenes regis filios: & quales modo descripsi inimi-  
 ci contemnendos putassent: cur postremo ipsi iuue-  
 nes uernam patris in paterno regno atē poni sibi tol-  
 lerassent: quos etiam patre uiuente & precipue ma-  
 iorem natu credibile est regnare coepisse: & certa a  
 patre commissa munia obuisse. Et haec quidem re



pugnantia naturæ sunt : illud uero ipsi auctori : q̃  
qui non circa initia regni soceri iuuenis appellatur :  
is circa eius obitum : qui quattuor & quadraginta re  
gnauit ānos iuuenis permanet atq; adeo adolescens  
nominatur . dicit . n . Liui . Si sibi eum quo digna ef  
set dii dedissent uix : domi se propediē regnū uisurū  
fuisse : quod apud patrem uiderat . celeriter adolescē  
tem temeritatis suæ impleuit . pauloq; post Quid te ī  
gium iuuenē conspici sinis ? faceffe hic Tarquinius  
aut corithū deuoluere retro ad stirpem fratri simili  
or q̃ patri . La . his atq; aliis increpando iuuenē isti  
gat : nisi quis dicat nō quū occidit socerum fuisse iu  
uenē : sed cum occidere p̃suasus est . Ita puto : dū de  
creuit facere malefictum : adolescēs est : dū illud p̃pe  
rat senex est : nā certe sexagenarius erat : cū p̃serti  
ur sceleratissimum : ita facillimum factu id facinus  
esset : cuius inter propositum & perpetrationem u  
num intercessisse annum etiam multum est : & alio  
quin ex serie rerum atq; ipsius auctoris colligē uer  
bis : hæc infanda Tullie istigatio non nisi extremo  
tempore uitæ Seruii fuit : cuius furoris causam : qui  
a non recte auctor omisit : postea reddam . Neq;  
hanc increpasse maritum uidemus : q̃ differret per  
petrare quod constituerat : sed tantum : q̃ hunc a  
nimum non haberet uidelicet postq̃ ab illa animat⁹  
est : nequaquā id eum diff. rendum putasse . Quare  
non intelligo : quomodo post tot Seruii regni ā  
nos sit etiam si non iuuenis paternæ mortis tempo



re: sed puer aut infans extitiss& aut si nunc iuuenis  
 erat: ut eum auctor uocat & ego assentier: & alia cō  
 sentiunt argumenta: nimis fieri non poterit: ut ex  
 Tarquinio prisco tot ante annis iam mortuo sit ge  
 nitus: maxime cum non sit postremus liberorum &  
 habeat saltem Arūrem natu minorem. Atq; hoc qui  
 dem argumētum a persona patris ducitur. Veho  
 mentius autem erit a persona matris: quam demon  
 strabo prouectior fuisse etate: q̄ ut tarquiniog̃ ma  
 ter fuiss&. Scribit .n. Lilius. Anco regnante Lu  
 cumo uir impiger et diuitiis potens Romam cōmi  
 grauit cupidine maxime ac spe magni honoris. Cu  
 ius ad piscēdi Tarquiniis (nam ibi quoque peregrī  
 na stirpe oriundus erat ( facultas non fuerat dema  
 rathi corinthii filius erat: qui ob seditionē domo p.  
 fugus cū Tarquiniis forte cōsediss&: uxore ibi duc  
 ta duos filios genuit. noia his Lucumo atq; Arūs  
 fuerūt. Lucumo supfuit patri bonog̃ oīum hares.  
 Aruns prior q̄ p̄ mortē uxore grauida relicta. nec  
 diu manet supstes filio p̄: q̄ cū ignorans. nurū uen  
 trem ferre atq; inemor itestādo nepotēs decessisse  
 puero post aui mortem in nullā sortē bonog̃ nato  
 ab inopia egeriū inditū nomē Lucumoni cōtra oīū  
 hāredi bonog̃ cū diuitie iā animos facerent: auxit  
 ducta i matrimoniu Tanaquil sūmo loco nata: & q̄  
 haud facile iis: in quibus nata erat: humiliora siner&  
 Ea cum illi nupsiss& sp̄nētibus etruscis Lucumonē  
 exulem aduenam ferre indignitatem non potuit:



oblitaq; igenitæ erga patriam caritatis dummodo  
uirum honoratum uideret : consilium migrandi a  
Tarquinii caput . Roma est ad id potissimum uisa  
paulo post ubi dixit . Aquilam mariti cum uxore i  
carpento sedentis pileum abstulisse rursusq; repolu  
isse : subiungit . Accepisse id augurium læta dicitur  
tanaquil perita : ut uulgo etrusci cælestium prodigi  
orum mulier excelsa & alta sperarē complexa uirum  
iubet . Eam alitem ea regione cæli : & eius dei nun  
tia uenisse : circa sūmum culmen hominis auspitiū  
fecisse : leuasse humano suppositum capiti decus :  
ut diuinitus eidē redderet . Has spes cogitationesq;  
secum portantes urbem ingressi sunt : domicilioq;  
ibi comparato Lucuōni Tarquinium priscum edi  
dere nomen . La . Interrogo nunc quot annos hanc  
foeminam tunc uolumus implese : cum nupsit : cer  
te sedecim decem & septemue aut duo de uiginti : si  
quidem auctor uocat mulierem . hoc est q̄tum inter  
pretor : ultra puellares annos : e dem prudentiam  
eidem sublimitatem animi tribuens : quæ sunt ma  
gis matronalis : q̄ puellaris ætatis . Quot porro ad  
demus annos : donec romam demigravit . neq; .n.  
statim nupta e patria sibi demigrandum putasset .  
neq; mulier nobilis ita equo aīo domum reliquisset  
neq; indignatio in suos ciues itra per breue tempus  
ontrahi poterat . non .n. iniuria aliqua aut intollerā  
da ignominia hominem mouebat : sed quod sperne  
ref : neq; hoc preter solitū : quippe cū sēp talis fuisset



& nihilomin⁹ si ab ea ciuitate ubi natus ex matre  
 ciue erat: tamen ut aduena fastidiebatur: nō ne id  
 multo magis erat extimescendum ī eo populo cū  
 quo nihil sibi cōmune eēt. neq; lautum sane patri  
 monium cum emūdis in externa urbe bonis facile  
 cōmutasset. Dum itaq; dat aliquod morte homi  
 num nouis nuptiis tempus: dum sperat⁹ quotidie  
 melio a: ut fieri sol⁹ & a ciuib⁹ suis: dum an Romā  
 migrandū sit cōsultant. dū domos predia faculta  
 tes: quæ transportari nequeunt: uendunt: neq; id  
 p festinanciam: ne uilius uendant: dum postremo  
 profectiōē tempestiuam honestā apparant. di  
 camus hanc mulierem ad annum uicesimū puenis  
 se. Certe glos eius iam mater erat: quæ cū esset mi  
 nor s frīs uxor: ut mea fert opinio posterior q̄  
 tanaquil nupsit. non enim uideo cur uiuo patre  
 minor filius uxorem duceret. maior nō duceret: li  
 cet tacite auctor aliud significare uideatur. Ego  
 tamen non reor lucumoni ōnium bonorū hære  
 di auxisse animos nobilem uxorem. nā id parum  
 profuit sed iam uxorem habenti solidam hære  
 ditatem. Ita uero hoc ipsum: qđ hæc mulier est auc  
 tor uiro Romam migrandi: q̄ tam perita coni. ctā  
 di auguria non ob id solum: q̄ etrusca ess⁹: nam  
 & maritus erat etruscus: sed quod longum usum  
 haberet: quod ei maritus ipse homo inprimis prū  
 dens & impiger in omnibus fere cōsiliis auscultat.  
 nō ne uiginti saltem natam annos fuisse testatur:



cum Romam intrauit? Quid autem Romæ  
quot annos priuati degerunt? quis neget plures  
q̃ post cōtractum matrimonium collegimus? Et  
enim homini aduenæ discenda erat lingua Ro  
mana: ne semper aduena putaretur: & quod exp  
tus erat fastidiretur percipiendi mores obeunda  
munera publica in tantam regis penetrandam fa  
miliaritatē: ut ab ipso rege tutor filius relinquere  
tur. denique in talem condicionem statum famā  
perueniendum: ut saluis regis liberis: ac prope  
pueribus dignissimus regno preter Romanos  
omnes iudicaretur: Quod apertissime ipsa auc  
toris uerba consitentur dicentis.

Liui. Se: ex quo sui potens fuerit Romam cum  
coniuge & fortunis omnibus commigrasse maio  
rem partem ætatis: qua ciuilibus officiis fungant  
homines Romæ se: q̃ i patra uixisse: domi militiae  
que sub haud poenitendo magistro ipso anco re  
ge Romana se iura Romanos ritus didicisse obse  
quio & obseruantia in regem cum cæteris beni  
gnitate erga alios cum rege ipso certasse. La:  
omne tempus hoc demus fuisse annos decem:  
ut triginta annos nata fuerit: cum uir eius crea  
tus est rex. cum idem moritur: nam duo de qua  
draginta in regno fuit: annum ager & duo de  
septuagesimum & circiter uiginti iam parere desie  
rit. Ex quo necesse est luctum: qui postea super  
bus appellatus est: uicennarium fuisse: cum



patre ammisit neque uero hoc loco quorūdam opinioni respondendum est: qui illam censēt pro superiore corporum ualitudinem ac uiuaciorem fuisse: q̄ nostra ætate cum sciamus peræque illos parum uixisse: ac nos uiuimus & ab eisdem aquibus nos annis initium senectutis designasse: ut cum ex aliis libris: tum uero ex Lilio ipso datur intelligi: apud quos nescio an aliquam nisi miraculi loco repererim: cum annum quinquagesimū excessiss& : partum edidisse: Tamen in hac muliere tribuere uolo non ante defuisse parere q̄ annum quinquagesimum ageret. Conceptit igitur unum de quinquagesimo anno aruntem. Lucium uero quid possum dicere minus duo de quinquagesimo: nisi ut omnia in angustum coartemus: dicat quis utrumque eodem partu a quinquagenaria æditum: quasi uero credibile sit: ut quæ per senilem ætatem concipere uix iam posset: ea conceperit geminos. Dicamus itaque maiorem fuisse lucium fere arunte uno saltem anno conceptum: mater duo de quinquagesimum annum nō trāsgressa: qui paternæ mortis tēpore quemadmodū ostēdi: si ppe uicēnari⁹ erat: qua ratione plus quadraginta ab obitu patris annis adolescens: ut iuuenis erit? aut si iuuenis adolescensq; erit: quo pacto filius esse poterit reginæ: quæ plus sexaginta annis ante serui mortem concipere desierat. Atq; ut aliam quoq; adiciam⁹



repugnantiam: filius ne tanaquil erit & si non mi-  
nimus liberorum: qui postq̃ mater parere cessauit  
centum fere annis in acie cum dictatore Romano  
confluxit singulari certamine. ita. n. auctor tradit.  
Inpostumum prima in acie suos hortantem in-  
struentemq; Tarquinius supbus q̃q̃ iam ætate &  
uiribus erat grauior equum infestus admisit: ictus  
que alatere concursu suoq; receptus in tutum est.  
Siquidem hæc decimo: q̃ e regno expulsus est an-  
no gesta sunt aut etiam tardius: cum ipse quiq; &  
xl. regnasset. Atqui inauditum ē apud Romanos  
cētenarium hominem: ac ne nonagenarium qui-  
dem: aut octogenarium singulari certamine in aci-  
em & precipue cum iuvene concurrisse. & si quis  
contentiose de numero a me collecto detrahendū  
putat: scire uolo q̃tum putet detrahendū. An mi-  
norem dicet tanaquil fuisse cum nupsit ea: quam  
dixi ætate: at hunc pudebit minorem illam facere  
quindecim ānis. an post cōtractum matrimoniū  
nimium temporis eē quadriennium trienniū ue  
priusq̃ Roman migratum est: at unū intercessis-  
se annum non denegabit. an decenne diuturnius  
iusto: spacium quo sub rege anco Rome mansum  
est. At quadrienne saltem concedere cogetur ita  
ex hac subductione palam erit prisco moriēte de-  
cem ut parcissime dicamus: ānos natum superbū  
fuisse. quæ cum ita sint: hunc non pater successo-  
rem regni destinass&: hunc inimici non timuiss&



ne patri succederet: hunc columen ac decus mulierum mater & cuius regnum par non in patris demortui sede collocass&: hunc seruius serua nat⁹ atq; hæredis uel uerna libertus nō sibi anteposuisset: hunc populus: qui patrem eius & priuatum & aduenam eē regem iussiss&: non & ipsum adiutrice regina regem creass&: hunc quisq; quum plusq; quinquagennarius est: adolescentem aut iuuenem uocet: hunc ferme nonagenarium ī aduersum hostem credamus infesto telo equum admisisse: huius deniq; sororem hoc est ex tanaquil genitā concedamus matrem, bruti fuisse: quem in exigendis rebus iuuenem Liuius uocat: & æqualem consobrinarum. hæc si mīor lucio fratre fuit augebim⁹ pueriles illius annos ante mortem patris. sin maior eo incredibilis mulierem octogennariam ne dicam plusq; nonagenariam esse iuuenis matrem quæ omnia si per multum aside abhorrent: confitendum est Tarquinium superbum cum fratre nō fuisse tarquinii prisci filios: nec eorum sororem eandemq; bruti matrem filiam: sed nepotes neptēque: sicut ancus numæ: sicut tullus hostilius Romulei socii nepos fuit non filius: ut enim ancus a numa. Tullus a Romulo tercius fuit: sic superbus a prisco: aut quali nepotes: aut quasi neptem cur ita? quia neque filius quempiam fuisse prisco narratur dūtaxat ab hoc auctore nam apud alios quosdā iuenio fuisse: qui adolestēs ob strenuitatē



221.  
militare bulla & pretexta a patre donatus est. & si  
is ante patrem decessisset suscepta prole ac supsti  
te profecto auus & auia consultum nepotibus na  
tura lege uoluissent. neq; si nepotes ex filia fuif  
sent: uideo: cur tarquinii uocarent. Et hac ut suspi  
cari libet Titus Liuius uir prudētissimus ratione  
adductus ē: ut hos eē nepotes prisca Tarquinii uel  
let. Qua i sētencia sibi ego astipulor ideoq; dixi qī  
nepotes: erunt q; nati patre Tarquinio hoc est ege  
rio. Nam sicut ipse lucumo q; ab urbe Tarquinii  
ueniss&: tarquinius dictus: ita egerio ob eādem ca  
usam idē nomen inditū est: q; si colatino huius fili  
o: ut inquit auctor hoc nomē fuit: necesse ē ut idē  
fuerit & patri: ac quom erit inquit supbus egerio  
natus: qui fuit collatini pī: cum collatinus ipse fra  
ter supbi non fuerit sed arūs. Ne hoc quidem uī  
mihi. T. Liuius rite tradidisse: quis. n. credat colla  
tinum filioq; supbi: qui iuuenes erant: æqualem p  
ut & ab auctore memoratur. nam sic inqt. Quin  
si uigor iuuetē inest cōscendimus equos iuissimus  
q; presentes nostræ ingenia. patrem habere cen  
tum & uiginti egressum annos aut ut minimum  
dicamus pauculis ānis minorem. Tot. n. sunt aut  
fere tot ab ortu egerii Adeo supbus ipse fuisse ne  
pos potiusq; filius mihi uī egerii. ne dum hic tan  
to minor natu potuerit esse filius. probabilius  
itaque fuerit supbum: qui parens esse poterat col



latini: & ut inconiectura ducor patruus erat: licet aliqui. quorum est Plinius auunculū tradant: fratremque arūtem: qui nomē auitū uidetur retulisse: a patre impositum ab egerio traxisse ortum uel patre: uel quod magis arbitror auo. ex quo illud iam sua sponte appar& nō timoris causa generos Tarquinius a Seruio rege ascitos: ne paternum regnum exemplo filiorum ancī repeterent: nam eos potius tollendos curass&: cum nullum ius egerianæ stirpi ad regnum ess&: si cum ipse iam senior aut nullos filios substuliss&: aut si obierāt nullos posthac tollere speraret opinor. nec nobiliores iuuenes inuenisse: quibus filias collocaret & equum censuisse in eādē tarquiniorum familiam potissimum referre regnum: unde illud accepiss& eo quidem libentius si filia suæ matre tarquinia: & cuius gratia regnum fuerat adeptus genitæ erant. in quo illud quoque absurdum si Liuium audire uellemus sequetur. ut quod apud Romanos mores insuetum est: illæ regis filiaë fratribus nupserint matris. nunc aut cognatis: non auunculis: quia filiaë regis nō erāt i matrimonio data. Hic tu quæres. si ita est quid ergo sibi tarquinius supbus regnum: uelut hereditatē repoposcit poteram dicere: q̄ putabat sibi deberi: ut nepoti p̄ nepoti: ut fr̄is p̄isci tarquinii: ut filio nepoti. ut egerii q̄ ei patruus: cui pp̄ ius gētium patrimoniū



199  
i tercoe piff&: ignominiosu: nq; nomen immiff&:  
regnum p manus tradere. aut debebat: aut destina  
bat: cum uirilem stirpem non haberet: quē pro ca  
ro habuisse illud est argumentum: quod liuius ait  
Et forsan hic in regnum patruo successiff&: nisi  
tanaquil pro genero incontrarium fuisset annexa.  
poterā etiam alia dicere: sed me ad se maxime uo  
cant uerba auctoris: qui nō sua sponte Tarquiniū  
& si uir erat uolētus ac ferox: ad maleficium acces  
sisse significat: uelut agnoscentem ad se nō pertine  
re regnum sed uxoris consiliis inductum: ut supe  
rius uidimus: & ex his quoq; uerbis. sed inicitū tur  
bandi omnia a foemina ortum est quā uirum tā  
q̄ mare suapte natura quietū procellosis quibudā  
uētis furoris agitauit: ut regnum afferretur: ut il  
lud p sanguinem per mortem: per patricidium pe  
ter&: & quo res sit idignior p patricidium senis:  
cuius mortē expectat id quod Romanis Hanibal  
exprobrauit: longum censerent. quod scelus cum  
in genero: qui fuit persuasus abhominandum est:  
tum uero in filia persuadente detestabilius. at hoc  
ipsum fidem non habet: talia in patrem filiā fuisse  
ausam: a quo nec aliquid esset offensa: & regnum  
iure optimo & quidem prope diem sperat&. inte  
rim satis habens foelicitatis: q̄ & filia regis erat: &  
futura regina: cum unica esset proles patri: ac sēp  
futura unica pp paternam senectutem reddam:  
quam superius me reddidit: & promiseram cām:



quæ ut ip̃ba ita uehemēs fuit & filiæ cū genero  
 cōmunis. Timuit hec sceleratissima scēminage su  
 perbos: & plusq̃ regios imo tyrannicos spiritus  
 hēns: ne successione regni quod suum fore crede  
 bat naturali iure fraudaretur regno i rē. pu. cōmu  
 tato: quod facturus ipse uidebatur: ut Liuius ait.  
 id ipsum tam mite: ac moderatum: imperium: ta  
 men quia unius esset & deponere eum in aīo habuif  
 se quidam auctores sunt: scelus intestinū liberā  
 dæ patriæ consilia agitantī interuenissent. Et iteꝑ  
 postea in calce libri. Liui. duo consules in comitiis  
 cēturiatis a prefecto urbis ex cōmētariis Seruii tul  
 li creati sunt. hanc cōtumeliā iniuriāq; nō fe  
 rens filia: ut q̃ patre auoq; rege p̃genita & si racio  
 pignoz haberetur regni hāres erat. ea ad priuā  
 tum cōmunemq; cāteris statum descenderet ma  
 ritus: q̃ & ipse spe regni exuebatur: ad occupandū  
 regnū instigauit: & impulit ad mortē patris: & q̃  
 credere liber prius ad mortem sororis: & pristini  
 uiri: quibus saluis: ut pote languentibus ingenis  
 regnum paternum optineri nō poterat. Ait. n. Li  
 uius. Angebatur ferox tullia nihil materiæ in uiro  
 neq; ad cupiditatē: neq; ad audaciā esse: tota in al  
 teꝑe cōuersa Tarquinium eum mirari: eum uirū di  
 cere: ac regio sanguine ortū: spernere sororē: q̃ ui  
 rum nacta muliebri cessar & audacia. statimq; post  
 nullis uerborum contumeliis parcere de uiro ad  
 fratrem de sorore ad uigē: & se rectius uiduam: &



illum celibem futurę fuisset contendere: q̄ cū ipari  
iungi: ut elāguēscendum aliena ignauia esset. La:  
nam quā d attinebat incusare uirgē: q̄ parum uiri  
li animo: incusare sororem quod ignaua esset: nō  
uideo aliud nisi quod hic socrum illa patrem non  
occideret. At qui hoc sceleratissimum est: sceleratī  
simum quidem: sed tamē sceleris merces: ut quod  
ereptum iri sibi uidebant regnum inuaderent. Sed  
ita nihil incredibilius erit. Quis enim credat hanc  
uelle atq; adeo hortari germanā trucidare cōmu  
nem patrem: ut illa pociatur hereditate: illa in quā:  
cuius uitam: ut exitus docuit minoris faciebat: q̄  
non modo coniunctæ sed etiam ancillæ. Alia ergo  
fuit causa: q̄ clamor sororis: quæ nulla alia esse po  
tuit nisi ne paternum regnum per iniquitatem pa  
tris liberis præriperetur ideoq; sororem increpabat  
quod maior natu nihil de regno laborarē. Ideo  
maiores fratrum ad hanc spem: sed non sine suo  
morbo erexit. recteq; subiungitur: Si sibi eum  
quo digna esset dii dedissent uirum: domi se ppe  
diem regnum uisuram fuisse: quod apud patrem  
uiderat: De qua nulla hic & ad extremum: (nam  
finē iam facere uolo) dicere habeo: non fuisse auc  
tori faciendum: ut: quam matrem iuuenem uocat  
circa tēpora uiolata Lucretiæ: eādem dicere nurū  
eē Tarquinii prisci. ac Tanaquil: quæ iam nō agin  
ta ferme annos liberos non genuerat. Hec sūt op  
time: rex cur Tiro liuius nō accedam Tarquinium



priscum patrem fuisse Tarquinii superbi: nec eum  
 posteritatem uocaturam priscum fuisse arbitror:  
 si pater huius extitisset. priscum. n. dicimus non q  
 patrum: sed qui auogæ: aut proauorum memori  
 a fuit: & hoc nomen illi non a sui rēporis homini  
 bus: ut auctor dicere uidetur: sed a posteriori sæcu  
 lo inditum: ut prisci latini aut cætera huiusmodi:  
 in quibus tu: quem potissimum in hac questione  
 mihi deligendum putauit iudicem: si mecū senties:  
 qualibet breui epistola respondebis. q. si dissenties  
 longiore: ut rationes meas tuis melioribus refellas  
 Vides: ut tibi tacite blandior: quasi suadeam: ne la  
 bore subeas me refellendi: ut mihi essentiaris.  
 Verum absit hoc ab utroq; nostrū. nam neq; me  
 um est falso quēpiam uelle accusatione damnare  
 neque tuum: aut labori cedere: cuius semper uictor  
 extitisti aut clarissimos uiros: quorum inter pri  
 mos est Liuius: quociens falso accusantur: pati de  
 fertos. Vale. Neapoli pridie nōagæ decembrium.

Explicit epistola Laurentii Vallæ ad Alfonsū regē



Laurentii Vallæ confutatio in Benedictum morandum bononiensem.

u Trum de me peius mereantur an melius  
inimici & hostes mei: q̄ mihi negotiū exhibent: ac bellum inferū: haud queto satis pro certo dicere. nec utrum plus ex ea re molestie capiā an uoluptatis. nam & libros meos carpi: & famā meam incesſi: & tempus melioribus rebus debitū cogi me diluendis criminibus impēdere: sane q̄ mihi molestum est: & in magnæ iacturæ loco ponendum. Rursū stratis: fugatis: captis hostib⁹: multū ex ipsa uictoria uoluptatis capio: nō quia hoīes de me male meritos ultus sum: quoq̄ uicem ēt mise reor: sed q̄ existimationē ac gloriā meā nō modo restitutā uerum & corroboratā: auctā: illūstratā itelligo. Quæ uoluptas & si diuturn. or ē: q̄ molestia fuerat: tamē uehemētius inter initia afficit molestia q̄ uoluptas. Cerre poplarē sēp & mallem pace frui: q̄ in incertū uenire uictoriæ. Verum nunc laboribus periculisq̄ belloꝝ defunctus atq̄ aliquot uictoriis potitus: fas. n. ē laceſſito post uictoriā gloriari non equidem habeo gratiam iis: q̄ me laceſſerunt sed tamē gratias ago: q̄ laudi meæ consuluerunt: cum non consuluerint suæ quoq̄ nemo ē quem non pænituert me laceſſiſſe. Quo magis miror nescio quē Benedictū Moradū ut aiūt tabellionem iure civili non nihil tinctum aliorum



ruina non fuisse deterritum ame oppugnando.  
 minus illum quidem contumeliosum: q̄ ceteri sed  
 pro rei conditione uel contumeliosior m. neq; n.  
 se ame laceffitū esse ut alii fecerunt fingere potest  
 sed a me Liuium laceffitum obicit: quod ab eo  
 una i opinione dissentiam. cuius noxe quod nūq̄  
 fando cognitum est poenam a me exigit capitis &  
 quidem apud sum n̄ um: pontificem: quasi religio  
 nem prophanauerim. neq; id quia Romanus: ut  
 ad eum de Romana historia pertineat: non quia  
 patavinus: ut turanda sit ei patriæ dignitas: nō de  
 nique quia historicus: ut historici nominis doleat  
 uicem sed quia notarius est. Nam Liuius: si huic  
 credimus notarius est Romanæ historiæ: ut meri  
 to quemadmodum Cicero consul Murenam con  
 sulem defendit: sic Benedictus notarius Titum Li  
 uium notarium defendere debeat. Stulta ista no  
 tarie & notari digna est ratio: und̄ tibi fauorē con  
 cilies. Stultum fingere te dolere: ut in me confles  
 odium: quod tanto uiro detraham non .n. ut tu  
 inuidia mei: sic ego inuidia Liuii ductus sum: quē  
 amo: quem ueneror: quem imitari studeo. Cuius  
 & sex libros de secundo bello punico: quod mul  
 ti facere conati fuerant: meo maximo labore ita  
 pristina sinceritati restitui ut ne syllabam quidem  
 omiserim. Cuius denique in libello meo pie semp  
 ac reuerenter feci mentionem. Quo fit ut nesciā



plus ne stomachi : an risus mihi moueant trage-  
diae tuae : qui de causa ciuili criminalem facis . Vti  
nā benedicte potius benediceres q̄ benedictus uo-  
careris : & pro morando moratus homo esses : ne  
ue cum uites odio bacchi incidere uis : more lycur-  
gi : crus tuum incideres : nec latratibus tuis ac  
morsibus iacentem in te Leonem irritares : ad huc  
ex aliorum canum sanguine cruenta ora habentē.  
An non tu latras : & ueluti canicula mordere Leo-  
nem uis : nam quid aliud est q̄ latrare & Leonem  
(nam Leonem me experieris) : canino morsu ap-  
petere : sic dicere. Be. Vt condemnes poena falsi de-  
latoris : quod Liuium iam defunctum notarium  
rerum Romanarum : quem omnes superiores doc-  
tissimi uiri laudarunt : atque admirati sunt : men-  
dacem & falsarium scribat : accuset predicet eius  
que famam & honorem supra mille & quingētos  
annos hactenus illibate celebratam minuat : mor-  
deat : ledat : labefactet obscur & ppea ad retracta-  
tionem publicā cogas & cōpellas me paratū offe-  
rens : talionis poenā subire. La. Ego ne nō dico falsi  
sed delatoris nomie appellandus sū : Dissentire ab  
aliquo auctore id uero delatoris ē & ppea publice  
& summo cogente pontifice retractandum : Ego  
ne falsarium Liuium predico : Te te ego delatorē  
te falsum delatorem te lic & tabellio sis falsarium  
predico. siquidem delatorem te esse inficiari non



potes: qui apud summum pontificem me criminari offerens te subire poenam talionis. falsarium uero te & ob id poene talionis obnoxium probat ipsa opusculi mei uerba quod ita incipit.

Cum Titum Liuium quotidie Romanorum historicorum eloquentissimum aut audias: aut legas aemulator ueterum in omni genere uirtutum: uelim iudices: an recte de quodam loco sentiam huius auctoris: quæ res ad Regem ut tu es pertinet: Atque ita finit. ¶ Hæc sunt optime Rex: cur Titum Liuium non accedam: Tarquinium priscum patrem fuisse Tarquinii superbi. in quibus tu quem potissimum in hac questione mihi deligendum putavi iudicem si mecum senties: breui epistola respondebis sin dissenties longiore: ut meas rationes tuis melioribus refellas. Vides ut tibi tacite blandior: quasi suadeam ne laborem subeas me refellendi id est ut mihi assentiaris. Verum absit hoc ab utroque nostrum. nam neque meum est falsa quempiam uelle accusatione damnare neque tuum aut labori credere cuius semper extitisti uictor: aut clarissimos uiros quorum inter primos est Liuius quotiens falso accusantur pati desertos.

Hocce est delator esse Liuii: hocce illū appellare falsariū: hocce eundem carpere: danā detestari ut postea ais Be. lā palā factū ē beatissime pater



Laurentium Vallam inique carpere: damnare &  
detestari parentem historiae notariumque regem ro-  
manarum. T. Liuium. La. Hoccine poenam capitalē  
meretur? hoccine abste tantope rogādum fuit ut  
plecteretur? hæc. n. tua sūt uerba. Be. Quā ob rem  
supplex te imploro: precor: obtestorq; beatissime  
pater: ne inultum iam tot annos: absentem Liuiū  
finas ac patiaris tam crudeliter eius famam minui  
ledit: labefactari: deiici. Etiam existima tuæ beatitu-  
dini dedecori fore: Laurentii impunitatem: quæ i  
famæ eius accusationē in Liuium tacite uidet ho-  
mologare: & ita inclementer doctissimos & claris-  
simos uiros haud tolleranda affectos ignominia:  
turpe est inultos preterire: neq; tamen quoad lex  
iubet: de eo statui peto: quod tuæ diue clementiæ  
satis aduersatur: Et. n. poena captis eum lex dam-  
nat: intestabilemque decernit. La. Omiram animi  
barbariem. o demētiam singularem: nō esse cōten-  
tum a se ut sibi persuadeat: Liuiū satis abundeq;  
defensum. & de me uictoriam reportasse ac trium-  
phum: sed poenam capitis aut poscere: aut poscen-  
dam putare. Atq; ut ei credatur loca iuris recitat:  
& quidem scite: q; apud summū pontificem cuius  
se scriptorē fuisse ait. quē tu unq; uidisti sūmo pō-  
tifici iura recitantem: quasi nescienti. Sed uere tua  
ista iura sūmus pontifex nescit: quæ hominē poe-  
na capitis plectunt: q; uel i ipso iure: uel i medicina  
uel i philosophia. uel qualib; arte atq; sciētia ab



aliquo superioriꝝ scriptoꝝ ullo in loco dissenserit  
 ais. n. Be. ut. L. si quis famosum libellum c. de famo  
 sis libellis & l. lex Cornelia circa finē. ff. de iniuriis  
 & l. item apud labeonem i. p. ait prætor eo. titulo.  
 La. famosus ne meus libellus est? an tuus homo  
 nequissime? qui te offers paratum subire poenam  
 talionis? ista ne iura factum meum puniūt? an tu  
 um potius uir iniuste. & non solum ab historia:  
 sed & abiuris intellectu remotissime. Quis hoc qđ  
 ego facio non fecit? quis in iure ciuili non ali  
 qua i parte a quopiam superiorum dissensit? quis  
 in philosophia? Quis i arte oratoria? & item in cæ  
 ceteris. Adeo nō for& causa posterioribus scriben  
 di quodammodo si nihil ess& in quo superioribus  
 aduersaremur. An nō est talis historia. imo nihil  
 magis in qua nunq̃ inuenti sunt duo: qui eādem  
 rem gestam narrantes inter se oīno conuenerint  
 At. n. poenam exceptione temperas inquiēs. Be.  
 Sed omisso iuris hoc rigore mitius i hunc libel  
 li auctorem tua animaduertat clementia. si tamen  
 ea se dignum sua cōfessione reddiderit. Satisfaciat  
 primum Liuium quem offendit damnauitq; retrac  
 rando publice quæ contra eum scripsit seq; falso  
 illum tandem insimulasse profiteatur. Alias deb&  
 edicto tua sanctitas uelut erronea scripta Lauren  
 tii contra. T. Liuium decernere. eumq; falsi delato  
 ris detractorisq; affligi poena iubere. La. Et quo  
 magis moueas religiosa ratione sūmum pontificē  
 m



addis. Be. ne cum Laurentium p tua i eum clemē  
tia seruare uolueris: in id genus iniusticiæ decidas  
q̄ cum possis non ppulles iniuriam. & apud hely  
sios cāpos & amoena pioꝝ concilia d te Liui⁹ que  
ratur. Quod ut facias te omnes doct̄: te ipsa uerī  
tas: te tuæ dignitatis officium: te morsu detractio  
nis ossa contrita Liuii: te omnis historia Rōana:  
quam Laurentius corrūpit atq; labefactat suppli  
ces orant & precantur. La. Si ego tantā poenā me  
reor qui Liuium ledo: q̄ta tandem tu impie ac  
sceles te dignus es: qui ledis tuam religionem app  
bans gentilem: i qua sunt campi helysii & amoena  
pioꝝ concilia si tibi credimus: qui læd s maiestātē  
sūmi pōtificis: quem facis gētilem: qui ledis ōnes  
qui audiunt ac legunt insigni blasphemia. Quo  
nomine te apud Calistum sūmū pontificē impie  
tatis reum facio: atq; ad poenam capitis uoco: nō  
ut tu ad falsam ac stultā. Dabis itaq; duplices poe  
na: talionis pariter & læsæ maiestatis læse patriæ:  
læse religionis: ut tibi ad supplitium nō una suffici  
at uita. Vide in quot laqueos te indueris demens:  
Sed ōssis utriq; criminibus inspicimus ciuilit̄  
quid mihi obiectas. Nēpe q̄ Liuiū sū ausus repre  
hēder. an tu cū nusq; rephēdi posse existimas? Ita  
uideris existimare cū inquis. Be. Quem omnes su  
piores doctissimi uiri laudarunt pbarunt atq; ad  
mirati sūt eiusq; famā & honorē supra mille & qui  
gēto ānos hactenus illibate celebratā. La. ¶ nō



dicam tibi: q̄ nemo antea inuenit: id tamē aposterioribus inueniri posse: cuius rei infinita suppediant exempla: quæ breuitatis cā prætereo. nō dicā pares Liuiō atq; & supiores aliqua peccauisse: quæ sicut corpora ita animi nulli reperiuntur: quin aliqua in pte ab alio inferiore superentur: quæ & longa foret ad disputandū materia ūde horatius d̄ sūmo poetæ: ac de sūmo penē ingenio q̄quit: & sæpe bonus dormitat Homerus: & in demosthene atq; Cicerone sūmis oratoribus nōnulla desiderantur: & i Platōe ac Ariastotele philosophis maximis aliqua notant. dicam te diligentiorē esse tabelā: expriorē tabelionē meliorē notarium maleficio q̄ ueterum historiarum lectorem. qui in cā nugatoria tāq; in cā maleficiū his uocabulis uteris. Errone a illibate successiue: nullibi: nullatenus: posterare antea acti pontifices: correspondet: alias p̄ alioqui: octuagenarium: uigenariū p̄ octogenarium & uicenarium. item cogas & cōpellas me offerens: quæ si papa te off̄rat subire p̄cā talionis. nā ut taceā quod grauius est elegantiam Liuii a polione asini o notatam cum inquit in Liuiō fuisse quādam patauinitatem: certe ne plura afferam flauius Vopiscus historicus ait: neminem non historicorum q̄reum ad historiam p̄inet aliquid esse mentitum. additque p̄derē quin etiā i quo Lūius: in quo Salustius: i quo Cornelius tacit. i quo denique Trogus



manifestis testibus cōuinceretur. An quod Vopiscus potest nemo poterit? quid si locum hūc quē ego notavi notauerat Vopiscus? At .n. Vopiscus ageret testibus: nūquid deterius est rationis q̄ hominis testimonium? nam ita ais. tu aut nullius auctoritate tractus sola tua uoluntate Liuium dāna sti. An melior ullus auctor est q̄ rō: q̄q̄ ut exemplari tuo: quod Romam attulisti quod nūc penes me est: constat: nullam ego fecerā mentionē lucii flori qui simpliciter superbū prisci nepotē uocat. tamē aliquot annis post quod p obliuionem omiseram addidi de Lucio floro: quē codicem quia bononie tibi uir eruditissimus Nicolaus Perorus ostendit: tu ais plus te fidei Liuiō habere q̄ floro: q̄q̄ sine diuersi historici Abreuiator Liuii dicitur florus fuisse qui a magistro ut sic dicam suo & si quodam modo magistro admirabilior est: tanq̄ a mēcienti i hac parte desciuit. Tradit hoc idem piso ut testat̄ Dionisius Halycarnaseus. probat Dionisius ipse ut in sequentibus probabo: quem quod non apri cipio: sed nuper legi per deum fato quodam reor contigisse meo prospero: ut mirarentur homines ingenium meum pene incurrentis in eadem: quare Dionisium tum ex se tum e priscis historicis attuli argumenta atque documenta tuo improsp̄ro at quē infelici ut eo tempore te mihi obiceret: quot ego Dionisium nactus fulmen in te coactus tu a importunitate torquerem quare. si Liuius is est



quireprehendi potest in historia. si a quibusdā rep-  
 hensus est si nec ego ita ineruditus sum: ut non a-  
 liquid pro mea uirili ( siquid notandum est ) nota-  
 re possim: tibi non solum pro me sed etiam pro rei  
 ueritate respondebo: ut optima sit hæc nostra par-  
 titio primum ut non esse uerisimile Tarquinium  
 superbum fuisse Tarquinii prisci filium probem  
 Conuincāq; & id meo Marte . deinde nec uerum  
 esse: idque non meis sed Dionysii copiis: quibus  
 omnes tuæ somniculose ac pene frenetice opinio-  
 nes cōfutantur. Neq; uerō speres Benedicte: quod  
 ad primā partem pertin& ut sollicite anxieq; tua  
 argumenta confutem: quæ se ipsa redarguūt: ut  
 te dignum putem cum quo collucter omnibus  
 membris . En tanq̃ milo ille crotoniata super cir-  
 cum scutum stans porrigo dextram: qua tu dua-  
 bus tuis aprēhensa si toto corpore annixus me ab  
 instituto uestigio moueris uicisse te cōfitebor. Sta-  
 re autē eodē loco putabor si sūmati meas easdem  
 rōnes refferam Tuasq; illis opponam & ipsas sū-  
 matim cum purā significatione: cur meæ ualidæ sit  
 tuæ inualidæ: ut agnoscant spectatores uter Lau-  
 rentius an Benedictus Luctator sit & athleta pre-  
 stantior. Malo luctatorem athletāq; dicere q̃ gladi-  
 atorē & si tu gladiatorio animo gladiatorisq; ar-  
 mis in me irruisti ¶ Ego uerisimile nego esse Tar-  
 quinium priscum si duos ex uxore Tanaquillide  
 habebat liberos genero potius & ei serua nato



regnum p manus tradere destinasse. Tu hoc ais es  
se uerisimilius idq; pro ratione affers: quod qd  
Liuius tradit: id ab aliis mutuatus est: & ab his pre  
sertim: quos ipse magis probauit: quod ego solus  
faciam: qui nullius auctoritate ductus mea solius  
uoluntate Liuium damno. fateor nullius sum sequi  
tus auctoritatem sed ostendo Liuiū: & si uera loq  
tur: nō tamē uerisimiliter loqui: quā tu facis mul  
to minus uerisimilia: cum sentias nō admodum se  
nē fuisse Tarquinium dū interfecit est: ut cū spera  
ret se filios adultos uisurū: minus credibile sit desti  
nasse regnum genero: uel tradere uel fiduciarium  
cōmittere. Ego nego credibile esse adeo alienū fuis  
se Tarquinium a caritate liberorū: ut & serui ex  
tincto alium sibi generū fuerit ascurus: cui regnū  
relinqueret. Tu ais credibile: nulla alia rōne q̄ su  
periore: quā nulla est: utens. & hoc impudenti mē  
datio q̄ dicis: cui sūmā impii pmitteret se uiuo: ita  
ut priscus nomine: ille actu rex uideretur: quod Li  
uius nec ait nec sentit. nam quod inquit illum & a  
pud regem & apud patres plebemq; lōge maximo  
in honore fuisse: ne putes idem esse pene: quod re  
gnare: eundem honorem ait Liuius hoc extincto  
quēcūq; alium generum fuisse asscururum. neq;  
est: quod tanq̄ decrepitum fingas Tarquinium  
mandasse genero huic: & cuilibet alteri procurati  
onem regni mandaturum fuisse. Si tibi credimus



ad huc uiridis ætatis rex erat. Mihi credibilis ui-  
detur si filii paruuli Tarquinio & tanaquil' idi fuif-  
sent non' futurum eis cariorum unum generum  
q̃ duos filios. Tibi contrarium credibilis cum pp  
alia ridicula auditu: tum uero quia tanaquil' imme-  
mor filiorum necessitate ducta regnum uind'cte  
premium seruiū proposuit. Quod nisi feciss&: ac-  
tum erat de filiis & regno. Cum ego agam de utri-  
usque parentis uoluntate atque proposito: hære-  
dis imposterum instituendi: tu de presenti necessi-  
tate Tanaquillidis post necem uiri loqueris. Res-  
